

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

**Manuzio, Paolo**

**Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.**

**VD18 11417161**

Epist. III. Ex Epist. Claror. Viror. p. 230. Iulius Pogianus Paulo Manutio S. D.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

## Epist. III.

*Ex Epist. Clavor. Viror. p. 230.*JULIUS POGIANUS PAULO  
MANUTIO S. D.

**O**ccasionem Epistole hujus & argumentum paulo altius  
repetere liber. Cum Anno 1559. post obitum Pauli IV.  
de novo Pontifice deliberaretur, Venetorum Legato Aloysio  
Alessandri itineris Romani comitem adjunxit se Octavianus  
quoque Magius. Qui cum Venetiis discedens valedicere  
amicissimo Manutio, quod occupationes hoc vetarent, non  
potuisset, mox ubi Romam pervenit, illi se per literas excusat.  
Rescribit illi Manutius eâ Epistola, que libri II. legi-  
tur ultima: Professò nihil, & his verbis clauditur: Va-  
le & salutem dic meo nomine exquisitæ eloquen-  
tia viro Julio Pogiano, cuius tibi amicitiam & con-  
suetudinem valde gratulor. Sequentis anni mense,  
ut appareat, Majo exēunte, Româ discessit Legatus Venetus  
aq[ue] sic & Octavianus Magius Venetas est reversus. Illi  
reditum istum gratulatur Pogianus non iam patre ac pa-  
rentium causâ, quos reviserit; nec dignitatis, cuius in ab-  
scentem à Decennirali Venetorum consilio collata (de qua  
& sibi possunt Epistole gratulaserit, Jo. Bapt. Rosarii una,  
Petri Justiniani alter ap. 234. & 239. Epist. Cl. Vir. fru-  
tus se jam exerat; quam quod frui denuo posset consuetu-  
dine Pauli Mannii. Quem iam exquisito decorat enco-  
rno, ut dignum habuerimus, quod agmen duceret elogio-  
rum eloquentia Manutiana. Ipsam etiam Pogiani Epistolam ex-

lam exhibent Epistole Clar. vir. p. 226. seq. cuius in fine ut  
pro Julio Mense Junium rescribam, responsaria facit Ma-  
gii, quæ sequitur p. 240. Ova ex responsione hoc amplius  
intelligas: continere se Magium non potuisse, quin ex Ora-  
tionibus Pogiani, quas hic in vita à se descriptas ut premeret,  
ipsum rogaverat, illam, quam Rhodiorum Equitum nomi-  
ne exaraverat, Manutio aliisq; ostenderet, quibus ea miri-  
fice placuit.

Manutio vere, ubi & laudes, quibus eum affecisset  
Pogianus, cognovit, subnata causa est scribendi ad Pogia-  
num eas literas, quæ lib. V. n. 9. incipiunt: Quam liben-  
ter & quam sàpè, quibus ad illas Pogiani laudes modestè  
respondet, easq; in ipsum, facta & orationis pro Equitibus  
Rhodis mentione, rejicit. Huic ergo Epistole jam respon-  
det Pogianus, Manutioq; mutuam reddit modestiam ac ci-  
vilitatem. Hoc addo, perperam in editione, quæ utimur,  
Coloniensi inscriptas esse literas Octaviano Magio, cùm  
Paulo Manutio deberent. Res ipsa clarior est, quam ne  
verba sint multa profundenda.

**D**ebebam tibi antea plurimum pro mentione,  
quam de me in tuis ad ornatissimum adolescen-  
tem Octavianum Magium literis honorificentissi-  
mè feceras. Qvā in re qvanquam intelligebam,  
te non tam judicii tui testimonium mihi dedisse,  
quam amoris in ipsum Magium, cuius opinionē ti-  
bi tantopere fuisse commendatus: tamen qvia  
videbam fore, ut magis, quam mihi tribuisses lau-  
dem, quam laudis causam multi spectarent, tanto  
tuo beneficio devinctus, maximas tibi habebam  
gratias, & agebam apud omnes; tibi vero ipsi hoc

Ddd 2. lité.

literarum officium propterea minus reddebam,  
 quod verebar, ne hujusmodi significatione grati a-  
 nimi mei tuam de me sententiam condemnarem.  
 Sed victa est illa ratio abundantiam quamdam tam Ma-  
 gii humanitatis, quam benignitatis tuæ. Nam ille  
 ambitione lapsus in me prodidit infantiam meam,  
 [ostendenda videlicet oratione Pogiani pro Equitibus Rho-  
 diis ad Pontificem habitu] quam tu non solum gratia,  
 sed constantiae tuæ causâ disertissimis ad me literis  
 eloquentiam mihi videri vis: quæ si esset, næ ego  
 illam in te remunerando, qui in me ornando vel  
 tuis laudibus es diligentissimus, libenter exprome-  
 rem. Neque v. latior aut gravior campus esse pos-  
 set, in quem melius vim orationis incitarem. Sed  
 planè deprehensus sum, ut mihi jam non sit inte-  
 grum, alterutrum crimen effugere, vel hoc ipsum  
 infantiae, vel inhumanitatis. Non rescribam tibi  
 ad humanissimam & elegantissimam epistolam?  
 Quid hominis sim, si hanc officii vicitudinem ne-  
 glexerò? Respondeam? quis præstabit, me in vul-  
 gari hac manu scribendi consuetudine à te, si minus  
 aperto crimen, at saltem tacita existimatione re-  
 prehensum non iri? præsertim cum, si quid adhuc  
 à me scriptum legeris, id vel tempore vel insciente  
 me factum esse, possit excusari; in hac epistolâ for-  
 tas nullus est excusationi locus. Sed officium sit  
 antiquissimum, & χάλκεα χρυσίων, quæ qvoniā  
 tu & liberaliter aestimas, & amice verbis extollis,  
 quanti sint, idem tu videris: nam mihi majori cu-  
 rræ est quemadmodum, qua possum re, gratus erga  
 te videar, quam quemadmodum, qua esse debeam,  
 judi-

judic  
 vel tu  
 laude  
 ræ do  
 an ut  
 tare.  
 re, in  
 detur  
 tuis l  
 dis, q  
 am.  
 perve  
 omni  
 aspira  
 prove  
 te rer  
 lucul  
 & elo  
 & app  
 istuc  
 script  
 tande  
 guent  
 dum i  
 vet ca  
 quant  
 cunq  
 dition  
 arbitr  
 sit hâ  
 Horri

judicer, cùm non possum. Vestra est ista paucorum,  
vel tua potius unius facultas, veterem in scribendo  
laudem hoc seculo referendi. Quod utrum natu-  
ræ dono consecutus sis, an studio & industriâ tua,  
an utroq; neutrā iu partem necesse habeo dispu-  
tare. Illud quidem certè nequeo silentio præteri-  
re, ingenium ac diligentiam, quæ vix agnoscere vi-  
detur pudor tuus, mirandum in mōdum elucere in  
tuis literis; illis verò impedimentis & incommodo-  
dis, quæ commemoras, cumulari etiam tuam glori-  
am. Qui si tot tantisque affectus difficultatibus eò  
pervenisti, quò nostrā memoriā nemo eorum, qui  
omnibus studiorum adjumentis instructi fuerint,  
aspiravit; & quo te altius summa discendi facultas  
provehere potuit? Illustrarunt igitur mihi crede,  
te rerum asperitates, quas cùm & fortiter tuleris, &  
luculentē numeres, quamvis modestiā virtutem  
& eloquentiam tuam extenues, re tamen eminent  
& apparent. Ac meos qvidem ferit oculos decus  
istuc tuique lumen ingenii, sic ut admirari satis tua  
scripta non possim, tantum abest, ut aseqvar imi-  
tando. Nec verò sentio, quā me, non omnino lan-  
guentem odio, aut quando etiam ita vis, non tardum  
ingenio, magnopere in studio unquam adju-  
vet cœli aut loci hujus opportunitas; contra potius,  
quantum mihi Roma obfuerit, intelligo. Nam cui-  
cunque hīc operam dederim, ea adhuc officii con-  
ditione dedi, ut ejus, apud quem essem, non me  
arbitriō & studere & scribere cogerer. Quæris, quæ  
sit hāc in urbe ratio scriptoris & lectionis meæ?  
**Horrida, inculta, & planè dissimilis ejus artis, in**

Ddd 3

qva

## 790 APPENDIX EPISTOLARUM

quā ipse singulari honore versaris. Quin etiam cœlum hoc , cuius affectio , te olim incolâ hujus urbis , eloquentiam nobis ingenerabat , nescio quomodo est immutatum , & vim illam suam dimisit. Ne summorum quidem virorum imagines consuetudinem servant in admonendo suam ; prorsus mutæ sunt , ut aliis quibusdam loquentibus modò imaginibus , silentio gratificari videantur. Reliqui sunt Guilielmus Sirletus , & Octavius Pantagathus , duo eruditissimi ac sanctissimi viri , quos si quod mihi esset optatisimum , quanquam mihi facultatem eorum concedit humanitas , frequens possem convenire , non meæ me fortunæ pœniteret. Sed tanti , tamq[ue] propinquai boni fructum necessaria assiduitas operæ meæ capere non sinit. Ita mecum actum est & agitur incommodius , qui cum præclara alia multa Romæ cum multis desidero , tum istum ornatè dicentem , non solùm pure loquentem , prudentiam , cuius cupiditate fui incensus à puerō , in his ejus sedibus dolenter interdum requiro cum paucis , ac lustratis animo terris omnibus , inanis ferè tuis ædibus , id est , in scriptis , conclusam Romanæ orationis dignitatem amo & admiror. Neq[ue] verò aut ego te , si perinde , ut meritus es , laudare non queo , verè laudare non debo , aut tu de tuis ornamentis existimare debes ex tuâ verecundiâ , non ex communi omnium propè sententiâ . Quod si durior es in tuâ laude , cur indulgentior es in meam ? Qui me alterum penè te fingis & pingis artis tuæ coloribus . Verùm ista est sapientia , summâ in te religione cun pari in me benignitate adæquanda , ferre palmam univer-